διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ εἰ κλῖναι πέντε ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὅσου αἱ πέντε κλῖναι.

Κεφάλαιον θ.

Τί μὲν οὖν τὸ ἄδικον, καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται. διωρισμένων δὲ τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν, καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ, πλέον ἔχειν· τὸ δὲ, ἔλαττόν ἐστιν· ἡ δὲ δικαιοσύνη, μεσότης ἐστὶν, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστίν· ἡ δ' ἀδικία, τῶν ἄκρων. καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ καθ' ἣν ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικὸς καὶ αὐτῷ πρὸς ἄλλον, καὶ ἑτέρῳ πρὸς ἕτερον· οὐχ οὕτως, ὥστε τοῦ μὲν αἱρετοῦ, πλέον αὐτῷ· ἔλαττον δὲ, τῷ πλησίον· τοῦ βλαβεροῦ δ', ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν· ὁμοίως δὲ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον· ἡ δ' ἀδικία τοὐναντίον τοῦ ἀδίκου. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις τοῦ ὠφελίμου ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· διὸ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεώς ἐστιν· ἐφ' αὑτοῦ μὲν, ὑπερβολῆς τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου· ἐλλείψεως δὲ τοῦ βλαβεροῦ. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων, τὸ μὲν ὅλον, ὁμοίως· τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὁποτέρως ἔτυχε· τοῦ δὲ ἀδικήματος, τὸ μὲν ἔλαττον, τὸ ἀδικεῖσθαί ἐστι· τὸ δὲ μεῖζον, τὸ ἀδικεῖν. περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρας ἐστὶν ἡ φύσις εἰρήσθω τοῦτον τὸν τρόπον. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.

Κεφάλαιον ι.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἀδικοῦντα μήπω ἄδικον εἶναι, ὁποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἤδη ἄδικός ἐστιν ἑκάστην ἀδικίαν, οἷον κλέπτης, ἢ μοιχὸς, ἢ λῃστής; οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει; καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ, εἰδὼς τὸ ᾗ· ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ διὰ πάθος. ἀδικεῖ μὲν οὖν· ἄδικος δ' οὐκ ἔστιν· οἷον οὐ κλέπτης, ἔκλεψε δέ· οὐδὲ μοιχὸς, ἐμοίχευσε δέ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον. δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν, ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον, καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον· τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐπὶ κοινωνῶν βίου πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν,

A nihil enim intereſt an lecti quinque, pro domo vna exhibeantur, an tantum, quanti lecti ipſi quinque conſtant.

CAPVT IX.

QVid igitur iniuria, quid item ius ſit, dictum iam eſt. His ita definitis perſpicuum eſt iuſtam actionem inter afficere iniuria & affici medium quoque eſſe: illud enim plus habere eſt: hoc minus. Iuſtitia verò non eodem modo, quo aliæ ſuperiores virtutes, B mediocritas eſt: ſed ob id quia medij eſt, iniuſtitia autem extremorum. Ac iuſtitia quidem eſt, qua iuſtus dicitur iuſti operator ex electione, ac diſtributor tam ſibi ad alterum, quàm alteri ad alterum: non ita vt expetendarum rerum maiorem partem ſibi, minorem alteri exhibeat, damnoſarum econtrariò: ſed æquum ex proportione diſtribuat, & alteri ad alterum ſimili modo. Iniuſtitia autem contra eſt, C qua iniuſti operator & diſtributor vnuſquiſque dicitur. id autem exceſſus & defectus eſt vel vtilis rei, vel damnoſæ præter proportionem. adque idcirco iniuſtitia exceſſus eſt & defectus, quia exuperationis & defectionis eſt. In ſe quidem exuperationis rei illius quæ abſolutè eſt vtilis, & defectionis damnoſæ: in aliis in vniuerſum quidem ſimiliter, quantum tamen ad id ſpectat, quod præter propor- D tionem eſt, vtro modo inciderit. iniuſtè facti autem minus & iniuria affici, maius afficere. De iuſtitia quidem & iniuſtitia, quænam ſit vtriuſque natura de iure ſimiliter & iniuria in vniuerſum, ad hunc modum dictum iam ſit.

CAPVT X.

QVoniam verò fieri poteſt, vt quis licet iniuſtè agat, non tamen ſit iniuſtus: qualiánam iniuſtè facta E quiſpiam committens in vnaquaque iniuſtitia iniuſtus continuò eſſe dicendus eſt? fúrne, an adulter, an latro? an ita quidem nihil intererit? nam concumbere cum muliere quis poſſet non ignarus qua cum rem habeat: non tamen ex electionis principio, ſed ex affectu id faceret: qui ſanè iniuſtè quidem agit, non tamen eſt iniuſtus: ſicut neque fur, licet furatus ſit: neque adulter, licet adulterium commiſerit. ſimili modo etiam de F aliis. Quomodo ſanè retaliatio ad ius ſeſe habeat dictum iam ſuperius eſt. Non eſt autem ignorandum id quod nunc quærimus & ſimpliciter ius, & ciuile ius eſſe. hoc autem eſt quod communionem vitæ affert, vt liberis hominibus